



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nucleus Juris Canonici**

**Thenhaven, Bernhard**

**Coloniæ Agrippinæ, 1739**

IX. De Apostatis & reiterantibus Baptisma. D. 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](#)

„Fisco subjiciuntur; quæ excommunicatio etiam innovatur in Bulla Cœnæ. Sed dolendum, ait Reiffenst. h. t. n. 25. quòd hæ Leges ob sœvam cupiditatem vel descendit, vel plus dominandi, tam parum observentur.

## TITULUS VII. VIII. &amp; IX.

*De Hæreticis; de Schismaticis & Ordinatis ab eis; ac de Apostatis & reiterantibus Baptisma.*

I. **D**e HÆRETICIS c. i. h. t. decernitur: „Dubiis in fide infidelis est. Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant. De quo dubio hoc intelligendum, vide in Nucl. Theol. Exam. 6. n. 1. *An hæreticus contra Catholicum, ut testis vel accusator, admitti possit?* Collige ex dictis L. 2. Tit. 20. n. 6. In cæteris Capitibus h. t. statuuntur pœnæ contra hæreticos eorumque receptatores, defensores & fautores, signanter C. 9. & 13. pœna Excommunicationis; Degradationis, si sint Clerici; Confiscationis bonorum; Irregularitatis; in qua tamen, si hæresis foret occulta, ex Trid. posset Episcopus dispensare; Absolutionis subditorum à debito fidelitatis, obedientiæ & dominii;

Pri-

576 LIBER V. TITULUS VII. VIII. & IX.  
Privationis omnium privilegiorum, ju-  
rium & Ecclesiasticæ sepulturæ; Infamie;  
Intestabilitatis activæ & passivæ &c. At  
hi Canones in Germania, in qua hæretici  
sunt viribus potentiores Catholicis & to-  
lerari debent, locum non habent, sed tan-  
tum, ubi viget officium Inquisitionis. Vide  
*Nucl. Theol. Exam. 5. n. 9. & Exam. 6. n. 1.*

II. De SCHISMATICIS, qui se ab unitate  
Ecclesiæ separant, nolentes tanquam  
membra subesse legitimo Rom. Pontifici  
tanquam capiti, sed vel notorio Anti-  
Papæ adhærent, estque schisma purum  
vel in hæreticos degenerant, statuitur h.t.  
c. i. „Ordinationes factas à schismaticis  
„irritas esse; putà quoad executionem seu  
exercitium Ordinis; non autem quoad  
substantiam & valorem Ordinis; impri-  
munt enim verè characterem, & confe-  
runt potestatem Ordinis, licet suspensam  
& impeditam. Nam c. 2. h.t. ait Pontifex:  
„Ordinatum à schismatico esse ab officio  
„repellendum, nisi legitimè probârit, se-  
„cum fuisse dispensatum.

III. APOSTATA dicitur, qui recedit vel  
à fide *simpliciter* & *ex toto*, (si enim quo-  
ad aliquos tantum articulos recedat, est  
hæreticus) declinando ad Atheismum vel  
Paganismum; vel à *Statu Clericali*, dum  
in Sacris constitutus habitum & Ton-  
ram

IX.  
n, ju-  
amiae;  
z. Aft  
eretici  
& to-  
d tan-  
. Vide  
n.i.  
nitate  
quam  
ntifici  
Anti-  
urum;  
ur h.c.  
naticis  
em seu  
quoad  
mpri-  
confe-  
ensam  
ntifex  
officio  
it, se-  
  
dit vel  
n quo-  
at, est  
um vel  
, dum  
Consu-  
ram

DE HIS, QUI FILIOS OCCIDERUNT, &c. 577  
ram Clericalem deserit, prorsus ut laicus  
vivens; vel à Religione, dum professus  
deserit statum Religiosum, quos Pontifex  
h.t. jubet pœnis Canonici compesci. Cir-  
ca temere Reiterantes Baptisma Jure Ca-  
nonico h.t. statuitur Irregularitas; de Jure  
Civili ultimum supplicium; quanquam  
ob prudens dubium Baptismus sæpe sub  
conditione sit denuo conferendus.

## TITULUS X. XI. & XII.

De his, qui Filios occiderunt, Item de  
Infantibus & Languidis expositis; ac  
de Homicidio voluntario  
& casuali.

Postquam actum est de Criminibus, quæ  
contra DEUM & Religionem princi-  
paliter committuntur, pergit Compilator  
ad delicta, quibus proximus læditur, in  
suis bonis corporis, fortunæ & famæ.

I. Tit. io. c. i. mandat Pontifex: „Ut Epi-  
scopus mulierem, quæ filium suum ex  
iracundia interfecerat, inducat ad in-  
gressum Monasterii; si autem induci ne-  
queat, licentiam tribuat nubendi, quia  
tutius, ut nubat uni soli, quam in honeste-  
multos admittat. Jure Civili pœna Par-  
ricidii proprii, dum quis ascendentem

oo

vel